



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 79. Celebriores Scriptores ex Ordine FF. Prædicatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

ingenii excellendi studio peragravit: Sæc. XVII.
 tandem in patriam redux post pau- A. C. 1609.
 cos sacri otii annos Antverpiæ vitæ fi-
 nem imposuit. Posteris reliquit præter
 poemata, Epigrammata, & Elegias suam
parodiam heroicam Psalmorum Davidis, ob-
servationes physicas, ethicas, politicas &
historicas in Psalmos e Græcis latinisque
Authoribus &c. & vitam Davidis. Alter
 erat Arnoldus Havenfius Sylvaducis in
 Brabantia natus, qui primum Jesuitis
 nomen dederat, ac Colonix Rector &
 Doctor Theologiæ renuntiatus, eandem
 ibi publice profitebatur, postea vero
 crebras mundi conversationes pertæsus,
 vitæque solitariæ studio plectus, anno
 ætatis suæ quadragesimo sexto Cartu-
 sianis sese adjunxit, totique Provinciæ
 Belgicæ non sine laude præfectus, tan-
 dem Gandavi obiit. Scripsit librum *de*
novorum in Belgio Episcopatum erectione.
Historiam Cartusianorum Ruræmundensium
a Geusis anno 1572. intersectorum. Ex-
hortationem de Observantia Regularis disci-
plinæ, præcipue solitudinis, Speculum cru-
delitatis hæreticæ, ac denique de aucto-
ritate SS. Patrum in decernendis fidei
dogmatibus.

§. LXXIX.

Celebriores Scriptores ex Ordine
F. F. Prædicatorum.

Ff 4

Nec

Sæc. XVII.

A C 1609.

*Eckhard.**Bibl. Script.**Præd. t. 2.*

Nec minus celebres rerum Sacrarum Scriptores hoc anno luxerat Sacerd. Prædicatorum Ordo: ex his primo loco recensendus venit Thomas Buoninsegni Senis in Etruria nobili genere natus, qui Cosmi I. Magni Ducis Theologus in concionando efficax, & in docendo admodum solidus, per viginti quinque annorum exercitationes Theologicas ingens Florentiis sibi nomen comparaverat, obiit Senis die septima Januarii. Edidit doctissimos tractatus *de cambiis, de rationibus & debitis, de iustis negotiationibus, de lusu*, quando sit peccatum, & contra *divinatricem astronomiam*, præter plura alia opera Ascetica, quæ omnia diversis annis Florentiæ excusa prodire. Alter est Joannes Ramirez natione Hispanus Guatemalensis Episcopus, qui Indorum salutem libertatemque procurare sollicitus, apud Philippum III. importunis etiam precibus instare non destitit, donec Rex editis in eorum levamen edictis nimiam pro-Regum severitatem coercuisset. Hanc in rem plures conscripsit tractatus præter Sanctorum exempla & Catechismum in lingua Mexicana pro instituendis Indis & erudiendis in Religione Christiana. Decessit Guatemalæ die vigesima quarta Martii. Huic accedit Sebastianus Cattaneus, qui Hungaricæ

garicæ Provinciæ Præfectus hoc regnum Sæc. XVII.
 afflictosque ejus incolas contra Turca- A. C. 1609.
 rum & hæreticorum oppressiones pro
 viribus tutabatur: Selegerat sibi Salis-
 burgensis Archipræsul Cattaneum in
 Theologum suum, a quo etiam Chie-
 mensis Episcopus creatus, atque a Cle-
 mente VIII. ad Viglevanensem Ecclesiam
 translatus, ibidem die vigesima octava
 Aprilis evivis sublatus est. Exstat ipsius
Enchiridion eorum, quæ in controversiam
vocantur, necnon ipsius explicatio Cate-
chismi Romani, & Summæ casuum con-
scientiæ præter ejus tractatus de censuris,
& examine ordinandorum. Denique Scri-
 ptis Theologicis celebrem se reddidit
 Paulus Gryfaldus patria Perusinus, qui
suas decisiones Theologicas contra Judæos,
Turcas & hæreticos Venetiis edidit, præ-
ter tractatus de Angelis, dæmonibus,
strigibus &c. de pulchritudine Universi,
 Enchiridion totius summæ D. Thomæ,
 aliaque volumina plura de re Theolo-
 gica, quæ P. Oldoinus laudat.

§. LXXX.

Alexii Porri & Dionysii Perroneti
Carmelitarum obitus.

Præter plures Scriptores, qui ex Or- *Bibl. Script.*
 dine Carmelitano hoc anno obiere, *Carmel.*
 duntaxat duos recensemus, quorum

Ff 5

pri-